



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 52. Hujus victoriae fama ad Aulam delata & per Universum regnum divulgata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.
A. C. 1562.

§. LII.

Hujus victoriæ notitia ad Aulam delata, ac per universum Regnum divulgata.

*Thuan. l. 24.
Mæz obreg.
chron. t. 5.
pag. 112.*

Postridie Guisus Dux Lutetiam Parisiorum Loisium decrevit, ut de prælii successu, ac Catholicorum victoria de Calvinistis reportata Regnam certiore redderet. Regina, etli Condæo Principi parum faveret, multo tamen magis suspectam habebat Guisii Ducis prosperitatem, nihilominus hac in occasione lætitiâ vultu fingens, animi sui indignationem egregie dissimulabat, atque probrose inculcabat eorum ignaviam, qui pridie affugientes falsum de clade accepta nuntium attulerant: quinimo referunt nonnulli, quod eadem Regina Catholicos fuisse profligatos edocta, nihil omnino commotum duntaxat dixerit: *quid refert: ergo posterum Deus in lingua Gallica erit adorandus*: his dictis mox Condæi Principis amicis, ac novarum opinionum fautoribus adulari, & favere cæperat: altera autem die, dum certum de Catholicorum victoriâ nuntium acceperat, publice gratias Deo rependi, ac in lætitiæ signam festivos ignes non modo Parisiis, sed in præcipuis Regni urbibus accendi iussit.

§. LIII.